Acad. Alb. Regim. 1879.

Caroli Lehrsii

Dissertatio

de ironia quatenus in historia studiorum Homericorum cernitur

ad munus doctoris privatim docentis capessendum

d. XV. Octobris MDCCCXXXI

publice recitata

nunc autem primum edita

qua

orationes

ad celebrandam memoriam virorum illustrium

Coelestini de Kowalewski — Jacobi Friderici a Rhod
Friderici a Groeben — Joh. Dieterici a Tettau

diebus XXI et XXIII Maji et XXIII Junii
h. s.

in auditorio maximo habendas

indicit

Ludovicus Friedlaender
P. P. O.

die XII Maji.

Typis academicis Dalkowskianis.

Academiae carceres ingressurus si ab Homero dicendi initium facere constitui, minime vereor ne parum aptam materiam elegisse videar. Etenim a Jove aiunt principium. Circumspicienti vero quid ex tot tantisque rebus, quae cum Homeri nomine coniunctae sunt, potissimum proferam, quod et aliquid hilarae delectationis habere videatur et nostrae aetatis studiis accommodatum sit, nescio quomodo illud ironiae vocabalum occurrit, quo hodie Aestheticorum qui vocantur libri libellique undique resonant. Imo hoc argumentum hodie tanto in honore est, ut nuper professor quidam Berolinensis de ironia lectiones habuerit vel certe (etenim an auditores invenerit non notuit mihi) se habiturum professus sit. De Homero igitur et de ironia una dicendum esse videbam. Hinc sponte ortum, quod mihi nunc explicare propositum, ut dicam de ironia quatenus in historia studiorum Homericorum cernitur. Scilicet ironiam dicimus si qu[...] in seriis gravibusque negotiis et consiliis occupatis repentino incidit iocosum et ludicr[...], ut contractam frontem solvere vanaque hominum studia ridere cogamur. Quid vero gravius, quid liberali homine dignius censemus, quam in illo omnis humanitatis auctore, Homero, studium operamque impendere, ut vel sensus explicetur rectius vel mores pernoscantur accuratius [...] venustatis fontes recludantur vel sermonis iucunditas vernacula lingua exprimatur? Sed si [...] (quod ut fiat summopere optandum est) horum studiorum historiam conscribere aggressus f[...] prava conamina, errores, vitia recensebit plurima, quae quidem explodenda sunt, sed ma[...] cum vel ex aetatis suae artisque infantia vel ex doctis etiamsi falsis consiliis ex[...] habeant, auctoribus condonanda. Verum incidet etiam in vere ridicula et ludicra l[...] quae ipsa eiusmodi operis scriptori non omittenda sunt, partim ut quidquid in Homeri [...] desudatum sit hoc totum cognoscatur, partim ut hoc etiam exemplo comprobetur quo[...] est sed ad fastum reprimendum utile putatur, quam insanabilia omni aetate exstite[...] ne Homero quidem sanabilia, quem optimum putaveris ineptiarum omnium medicum. Ex i[...] igitur ludicro genere, quod studia hominum Homerica perlustranti occurrit, quaedam proferam[...]

Primum quasdam ridiculas paraphrases et versiones commemorabo. Narrat Eustathi[...] (p. 1379, 40): Timolaum quendam, sive Larissaeum sive Macedonem, carmen quoddam edidisse in scriptum *Τρωϊκά*, ita institutum ut singulis Iliadis hexametris singulis hexametros de suo interponeret, ut e. g. huius — si Deo placet — carminis ejusmodi evaderet initium (servavit enim Eustathius

μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
ἣν ἔθετο Χρύσου κεχολωμένος εἵνεκα κούρης,
οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε
μαρναμένοις, ὅτε Τρωσὶν ἄτερ πολέμιζον ἄνακτος,
πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν
Ἕκτορος ἐν παλάμῃσι δαϊζομένων ὑπὸ δουρί.

De quo conamine non ita quidem ut elegantiorum hominum auribus placiturum sit, sed vere tamen et significanter dicit Eustathius, illi homini Iliadem quasi intestinum fuisse ad farcimen faciendum. At tamen ille hoc non solus fecit, sed praeterea Idaeus quidam Rhodius, de quo Suidas testatur. Uterque vero exemplar habuerat in Pigrete qui singulis Iliadis hexametris singulos pentametros interiecerat, hoc modo:

μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
μοῦσα, σὺ γὰρ πάσης πείρατ' ἔχεις σοφίης.

Haec satis absurda, sed illud absurdius, quod Tryphiodorus quidam (hoc quoque per Eustathium tenemus) sic instruxerat et diffinxerat Odysseam, ut nullum unum inesset *σίγμα:* quae dicta est *Ὀδύσσεια λειπογράμματος* *). Vix credibile tam putidam inanemque curam quemquam suscepisse, quae, si memineris quam propensa graeca lingua ad sigma atque adeo ad sigmatismum sit, fere major videri debet quam similes sane sordes illorum quos in sacra scriptura computum fecisse accepimus, quoties singulae litterae inveniantur. Nolo commorari in homerocentonibus historias e. g. sacras Homericis hemistichiis enarrantibus; haec enim non ignota; sed ad recentiora tempora properabo et mentionem iniiciam carminis epici a Josua Barnesio conditi, quod prodiit Londini a. MDCLXXIX. Inscriptum est Susias continetque Esterae historiam graecis hexametris enarratam, iisque presse ad Iliadis exemplar factis, hoc modo:

μῆνιν ἄειδε θεὰ Ἀμαληχιάδεω Ἀμανῆος
οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἐβραίοις ἄλγε' ἔθηκε
Περσέων δ' ἰφθίμους κεφαλὰς Ἄϊδι προίαψεν —

— — θεοῦ δ' ἐτελείετο βουλή,
ἐξ οὗ δὴ περὶ πρῶτα διαστήτην ἐρίσαντε
Μαρδόχιός τ' Ἐσθῆρι φίλος καὶ δεινὸς Ἀμανεύς.

Paucis fortasse abhinc annis nos Germani nihil habebamus simile; sed provisum est ne *ἀσύμβολοι* essemus, et provisum a muliere. Anno huius saeculi vigesimo sexto prodiit liber hoc

*) Hesych. Miles. p. 42 Or. *Νέστωρ ἐποποιὸς ὁ ἐκ Λυκίας ἔγραψεν Ἰλιάδα λειπογράμματον· ἔστι γὰρ ἐν τῷ α μὴ εὑρίσκεσθαι α καὶ κατὰ ῥαψῳδίαν οὕτω τὸ ἑκάστης ἐκλιμπάνειν στοιχεῖον· ἐποίησε δὲ καὶ Τρυφιόδωρος, Ὀδύσσειαν ὁμοίως αὐτῷ.*

titulo: Irrfahrten des Odysseus in 24 Gesängen. Freie Nachbildung in gereimten Strophen nach Homer. Von Hedwig Hülle geborne Hoffmeier. Hi sunt Tomi duo. Constat liber octo florenis.

Audiamus stropham primam: sed meminerimus Homerum nos legere non Schillerum:

Hellas tapfre Streiter alle,
Die zu Orkus düstrer Halle
Nicht der Tod hinabgeschickt,
Die vor Troja nicht geblieben,
Waren schon mit ihren Lieben
In der Heimath hochbeglückt.
Nur Odysseus sehnt vergebens
Nach der Gattin sich zurück.

Haec de paraphrasibus et versionibus. Transeo ad ludicras sententias quae de ipso Homero eiusque carminum origine fuerint. Sed delibabo pauca. Valuisse olim sententiam, doctum Homerum poetam fuisse, qui plurimo labore et lucubrationibus omnium rerum humanarum et divinarum scientiam sibi pepererit certum est, nec apud Byzantinos modo sed recentioribus saeculis. Anno MDCXXXV prodiit Blackwellii suo tempore non ignobilis liber: Inquiry into the life and writings of Homer. Hic licet legere, minime mirandum esse, quod caecus fuerit Homerus: nihil enim ad credendum facilius esse quam hominem assiduum et nocturna opera ad lucernam lucubrantem paulatim oculos perdidisse. Haec et talia per Woodium Wolfium expulsa putabamus; at ecce nuperrime exstitit quidam (verbi divini minister) q Homerum nobis ostenderet cum caliendro. Tulit idem annus, quo docta mulier Homerum Schillerianis exuviis induit, librum sic inscriptum: Homers Ilias und Odyssee, als Volksgesäng die bei Entstehung der Griechischen Freistaten Fürsten und Völker unmerklich auf be Gedanken bringen sollten, dargestellt von Mag. Karl Gottfried Kelle, Pfarrer zu Grossweit sonst zu Grosswaltersdorf. Huic verbi divini ministro totum Homeri carmen pro concione est, qua concionator Homerus innumeris exemplis iterum iterumque inculcat, unam probitat valere, sed gloriam et laudes, honores et fortia facinora vana, fragilia, caduca esse. Exemp hoc esto. Ad tumulum Patrocli Aiax et Ulixes luctae certamen ineunt: diu aequa cont neuter neutri cedere: denique inter luctandum in terram prosternuntur. Haec apud Ho legentibus pulchra et iucunda, sed nec magnifica nec ad docendum ficta videntur. A denique perspexit quanta in hoc loco insit sapientia — quod non Latine dicam sed ne q salutari quae nobis proponitur doctrinae detraham, ipsis auctoris verbis referam: „Auch durch die Erzählung, dass der grosse Telamonide und der kluge Odysseus im Ringespiele sich mit einander auf der Erde herumgewälzt und im Staube besudelt hätten, wollte er diesen beiden Helden nichts Rühmliches nachsagen. Er weist vielmehr gleichsam mit Fingern auf sie hin und spricht: Seht nur wie diese vornehmen Helden dort sich miteinander im Staube herumwälzen.“

Sed de hoc satis. Non placuit vel hoc vel quid alii de Homero sensissent viro nobili Carolo Christiano de Leutsch, qui anno huius saeculi vigesimo octavo librum edidit: Anleitung zur Auslegung der Griechischen und Römischen Mythen. Docemur Homerum historiae veritatem involucris texisse, homines ab eo inductos fictos esse: sed docte et argute auctor extricat quid extra parietes agatur. Audite, auditores, quid pag. septima de Achille exploret: „Auch Achill löst sich bei genauerer Ansicht in eine durchaus mythische Person auf; denn sein Name und der des Achelous ist ganz dasselbe; Achelous ist aber das personificirte Wasser, uud was also Homer von Achill berichtet, ist eine Sage von dem, was vor uralter Zeit die Nil- oder Wasserhelden i. e. die Aegypter für Heldenthaten begangen haben.“ Bene factum, quod explicuit istos, qui nove ab eo Wasserhelden dicuntur, quos intelligi voluerit, ne mures et ranas cogitemus. — At idem liber alterum continet novum inventum. Saepe in Homericis carminibus fieri ut duo continui versus contrarium contineant. Pisistratum enim cum carmina Homeri colligeret, duas rhapsodorum fecisse partes vel duo hemichoria (ipse dicit Zwei Kommittées), alteros rebus Troianis faventes, alteros Graecis. Sic unam partem cecinisse aliquem versum in honorem Graecorum, quem altera pars exceperit, laudes Graecorum interiecto versiculo imminuens. Ad hanc rationem Odysseae exordium adornavit:

Griech. Singe mir, Muse, den Mann, der weit in der Welt herumgekommen,
Troj. Aber auch oft fehlgegangen ist.
Griech. Nachdem er die heilige Troja zerstört hatte.
Der viel Menschen und Städte sah,
Troj. Aber auch viel bittre Erfahrungen machte und viel Drangsale erduldete.
Griech. Aus diesen rettete er aber sich sowol als seine Genossen.
Sich wohl, aber nicht seine Gefährten, denn die rannten selbst in ihr Verderben.

Ad idem genus ludicrae eruditionis duo referendi libri, qui postremis annis haud paucorum ...m exercuerunt. Schubarthius in libro, quem inscripsit: Ideen über Homer und sein Zeitalter ...821) ostendere aggressus est, non Graecum fuisse Homerum sed Troianum; non Graecos ...ebrari in carminibus Homericis, sed Troianos: Trojanos ubique describi humanos, politos, ...lentes, contra Graecos rusticos, asperos, temerarios: et cum post Troiam captam Aeneadum ...n Troiae regnasse probabiliter doceri possit, Aeneae vero omnium honorificentissime et ...de etiam apud Homerum mentio fiat, nihil verisimilius esse quam istum Homerum in ...eneadarum aula vixisse, cum praesertim in principum tutela et quasi luce poetae floreant ...aetissime: id quod in Goethio cernatur. Ipse Schubarthii liber cum indoctus sit et multis locis confusus et cupidius scriptus, vix doctiorum oculos in se convertisset: sed duobus annis post in Ephemeridibus Jenensibus (1823 N. 161 — 172) Schubarthianae sententiae praeco exstitit, qui ampla libri censura omnia extollere et firmare instituit et multo quidem doctius et argutius et ordinate et ad speciem quidem sobrie. Fuit censurae auctor, ut post compertum est, Reinhold Lange, qui postea scriptis quibusdam non male de Homero meruit. Hac censura factum est ut

aliquot annis etiam doctiorum quorundam oculi huc converterentur, maxime cum quaedam cum isto argumento coniuncta essent disceptatione digna, ut Trojanorum qui praedicabatur elegantior cultus et excitata de Aeneadum imperio Troiano paene intermortua memoria. Refutavit novam opinionem fuse prae aliis censor quidam in diario, quod inscribitur Hermes, 1821 St. IV p. 208—334 Nunc res ita fere evanuit ut ego haec in ludicris referens non verear, ne asperius dixisse videar. Quidni enim ludicrum sit, Graecos in eo carmine summas suarum virtutum laudes vidisse, quo carmine ipsorum virtus extenuetur? harum virtutum praeconio pueros suos instituisse, cives publicis et celebribus solennibus inflammasse, quae nullae inesse dicantur? summum suae humanitatis auctorem, egregium suae gentis decus eum existimasse, qui ex gente ipsis quidem inter barbaros relata et certe Graecorum stirpi infensa oriundus esset? —

Denique dicam de Constantio Coliade — ἧπερ νεωτάτη ἐστὶν ἀοιδή. Prodiit primum ibellus Anglice scriptus Londini 1829: Ulysses-Homer or a discovery of the true author of the Iliad and Odyssee by Constantin Koliades, Professor in the Jonian University. Profitetur in praefatione se rem suam latius tractaturum in ampliore libro mox prodituro. Et prodiit Parisiis eodem anno Gallice scriptus liber dimidio major cum viginti tabulis lapidi inscriptis: Ulysse-Homère ou du véritable auteur de l'Iliade et de l'Odyssée par Constantine Coliades, Professeur de l'Université Jonienne. Hoc auctore carminum, qui Homeri nomine feruntur, conditor nec est nec potest esse nisi ipse Ulixes. Scilicet iam multi mirati sunt quam accurate omnes et Troadis et Graeciae regiones depingantur, quam unaquaeque urbs, unusquisque mons et fluvius eo epithet[illegible] ornetur, ut qui ista visunt nihil propius ad veritatem accedere posse affirment. Quae medius fidius illius temporis cantori, pauperi homini, poterat esse occasio, ut omne[illegible] et part[illegible] Asiae circumiret et lustraret? At Ulixes et intererat expeditioni Troja[illegible] agrum Trojanum: Ulixes legatus missus erat ab Agamemnone ut to[illegible] repetendam Helenam excitaret — inde omnis ei Graecia cognita. [illegible] Iliade describuntur tam prudenter institutae, acies tam egregie inst[illegible] cognoverit, in isto quidem agro haec omnia a prudentissimis rei bel[illegible] potuisse confiteatur. Unde vero poetae haec rerum bellicarum pru[illegible] qui haec scripsit ipse dux fuerat imperator: ad quem igitur prompti[illegible] omnium qui illic affuerunt ducum et prudentissimum et eloquentiss[illegible] nomen: etenim Ὅμηρος est ὁμοῦ ἥρως i. e. poeta et simul dux. Denique [illegible] in Odyssea de Ulixis erroribus narrantur, quis poterat posteris tradere praeter [illegible] Sciverunt quidem Phaeaces ex ipsius narratione: at Phaeacibus cum aliis populis ut [illegible] ipsa testantur nullum commercium. Sciverunt Ulixis socii: at hi ante reditum omnes pe[illegible] Penelopae vero et Telemacho tantummodo strictim res suas narrare poterat, quod statim [illegible] in procis occidendis, dein in reprimendo tumultu, quem procorum necessarii moverunt, t[illegible] ordinanda turbata republica, denique in suscipiendo ad populos septentrionales itinere, [illegible]

Tiresias vaticinatus erat, ita occupatus erat, ut accuratae errorum narrationi nec tempus nec otium esset. — Cuius hae ineptiae sint iam nunc in publicum emanavit. Auctor libri pseudonymi est Le Chevalier, qui Troiam vidit librumque scripsit de agro Trojano. Qui si hoc fecit, ut sponsioni satisfaceret, res ridicula est sed auctori venia danda: sin aliam ob causam, ridicula simul et inepta: quamquam hoc sive unum sive alterum statuis in homine bene sano aliquid mirationis habet, quod non uno libello defunctus est, sed duos libros, duas linguas, imagines et tabulas quasi totidem machinas admovit ad capiendam muscam; simulque vel librarios defraudavit vel suas bonas pecunias, quas potius ad Graecos transmitteret, in re inutili profudit. Sed haec hactenus. Concludam illo Schilleriano:

Wie doch ein einziger Reicher so viele Arme in Nahrung
Setzt: wenn die Könige bau'n, haben die Kärrner zu thun.

Acad. Alb. Regim. 1879.

Caroli Lehrsii

Dissertatio

de ironia quatenus in historia studiorum Homericorum cernitur

ad munus doctoris privatim docentis capessendum

d. XV. Octobris MDCCCXXXI

publice recitata

nunc autem primum edita

qua

orationes

ad celebrandam memoriam virorum illustrium

Coelestini de Kowalewski — Jacobi Friderici a Rhod

Friderici a Groeben — Joh. Dieterici a Tettau

diebus XXI et XXIII Maji et XXIII Junii

h. s.

in auditorio maximo habendas

indicit

Ludovicus Friedlaender

P. P. O.

die XII Maji.

Typis academicis Dalkowskianis.

Academiae carceres ingressurus si ab Homero dicendi initium facere constitui, minime vereor ne parum aptam materiam elegisse videar. Etenim a Jove aiunt principium. Circumspicienti vero quid ex tot tantisque rebus, quae cum Homeri nomine coniunctae sunt, potissimum proferam, quod et aliquid hilarae delectationis habere videatur et nostrae aetatis studiis accommodatum sit, nescio quomodo illud ironiae vocabalum occurrit, quo hodie Aestheticorum qui vocantur libri libellique undique resonant. Imo hoc argumentum hodie tanto in honore est, ut nuper professor quidam Berolinensis de ironia lectiones habuerit vel certe (etenim an auditores invenerit non notuit mihi) se habiturum professus sit. De Homero igitur et de ironia una dicendum esse videbam. Hinc sponte ortum, quod mihi nunc explicare propositum, ut dicam de ironia quatenus in historia studiorum Homericorum cernitur. Scilicet ironiam dicimus si qu[illegible] in seriis gravibusque negotiis et consiliis occupatis repentino incidit iocosum et ludicrum, ut contractam frontem solvere vanaque hominum studia ridere cogamur. Quid vero gravius, quid liberali homine dignius censemus, quam in illo omnis humanitatis auctore, Homero, studium operamque impendere, ut vel sensus explicetur rectius vel mores pernoscantur accuratius venustatis fontes recludantur vel sermonis iucunditas vernacula lingua exprimatur? Sed si [illegible] (quod ut fiat summopere optandum est) horum studiorum historiam conscribere aggressus f[illegible] prava conamina, errores, vitia recensebit plurima, quae quidem explodenda sunt, sed ma[illegible] cum vel ex aetatis suae artisque infantia vel ex doctis etiamsi falsis consiliis ex[illegible] habeant, auctoribus condonanda. Verum incidet etiam in vere ridicula et ludicra [illegible] quae ipsa eiusmodi operis scriptori non omittenda sunt, partim ut quidquid in Homeri[illegible] desudatum sit hoc totum cognoscatur, partim ut hoc etiam exemplo comprobetur quo[illegible] est sed ad fastum reprimendum utile putatur, quam insanabilia omni aetate exstite[illegible] ne Homero quidem sanabilia, quem optimum putaveris ineptiarum omnium medicum. Ex i[illegible] igitur ludicro genere, quod studia hominum Homerica perlustranti occurrit, quaedam proferam[illegible]

Primum quasdam ridiculas paraphrases et versiones commemorabo. Narrat Eustathiu[s] (p. 1379, 40): Timolaum quendam, sive Larissaeum sive Macedonem, carmen quoddam edidisse in scriptum *Τρωϊκά*, ita institutum ut singulis Iliadis hexametris singulis hexametros de suo interponeret, ut e. g. huius — si Deo placet — carminis ejusmodi evaderet initium (servavit enim Eustathius,

μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
ἣν ἔθετο Χρύσου κεχολωμένος εἵνεκα κούρης,
οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε
μαρναμένοις, ὅτε Τρωσὶν ἄτερ πολέμιζον ἄνακτος,
πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν
Ἕκτορος ἐν παλάμῃσι δαϊζομένων ὑπὸ δουρί.

De quo conamine non ita quidem ut elegantiorum hominum auribus placiturum sit, sed vere tamen et significanter dicit Eustathius, illi homini Iliadem quasi intestinum fuisse ad farcimen faciendum. At tamen ille hoc non solus fecit, sed praeterea Idaeus quidam Rhodius, de quo Suidas testatur. Uterque vero exemplar habuerat in Pigrete qui singulis Iliadis hexametris singulos pentametros interiecerat, hoc modo:

μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
μοῦσα, σὺ γὰρ πάσης πείρατ' ἔχεις σοφίης.

Haec satis absurda, sed illud absurdius, quod Tryphiodorus quidam (hoc quoque per Eustathium tenemus) sic instruxerat et diffinxerat Odysseam, ut nullum unum inesset *σίγμα:* quae dicta est *Ὀδύσσεια λειπογράμματος* *). Vix credibile tam putidam inanemque curam quemquam suscepisse, quae, si memineris quam propensa graeca lingua ad sigma atque adeo ad sigmatismum sit, fere major videri debet quam similes sane sordes illorum quos in sacra scriptura computum fecisse accepimus, quoties singulae litterae inveniantur. Nolo commorari in homerocentonibus historias e. g. sacras Homericis hemistichiis enarrantibus; haec enim non ignota; sed ad recentiora tempora properabo et mentionem iniiciam carminis epici a Josua Barnesio conditi, quod prodiit Londini a. MDCLXXIX. Inscriptum est Susias continetque Esterae istoriam graecis hexametris enarratam, iisque presse ad Iliadis exemplar factis, hoc modo:

μῆνιν ἄειδε θεὰ Ἀμαληχιάδεω Ἀμανῆος
οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἑβραίοις ἄλγε' ἔθηκε
Περσέων δ' ἰφθίμους κεφαλὰς Ἄϊδι προίαψεν —

— — θεοῦ δ' ἐτελείετο βουλή,
ἐξ οὗ δὴ περὶ πρῶτα διαστήτην ἐρίσαντε
Μαρδόχιός τ' Ἐσθῆρι φίλος καὶ δεινὸς Ἀμανεύς.

Paucis fortasse abhinc annis nos Germani nihil habebamus simile; sed provisum est ne *ἀσύμβολοι* essemus, et provisum a muliere. Anno huius saeculi vigesimo sexto prodiit liber hoc

*) Hesych. Miles. p. 42 Or. *Νέστωρ ἐποποιὸς ὁ ἐκ Λυκίας ἔγραψεν Ἰλιάδα λειπογράμματον· ἔστι γὰρ ἐν τῳ α μὴ εὑρίσκεσθαι α καὶ κατὰ ῥαψῳδίαν οὕτω τὸ ἑκάστης ἐκλιμπάνειν στοιχεῖον· ἐποίησε δὲ καὶ Τρυφιόδωρος, Ὀδύσσειαν ὁμοίως αὐτῷ.*

titulo: Irrfahrten des Odysseus in 24 Gesängen. Freie Nachbildung in gereimten Strophen nach Homer. Von Hedwig Hülle geborne Hoffmeier. Hi sunt Tomi duo. Constat liber octo florenis.

Audiamus stropham primam: sed meminerimus Homerum nos legere non Schillerum:

Hellas tapfre Streiter alle,
Die zu Orkus düstrer Halle
Nicht der Tod hinabgeschickt,
Die vor Troja nicht geblieben,
Waren schon mit ihren Lieben
In der Heimath hochbeglückt.
Nur Odysseus sehnt vergebens
Nach der Gattin sich zurück.

Haec de paraphrasibus et versionibus. Transeo ad ludicras sententias quae de ipso Homero eiusque carminum origine fuerint. Sed delibabo pauca. Valuisse olim sententiam, doctum Homerum poetam fuisse, qui plurimo labore et lucubrationibus omnium rerum humanarum et divinarum scientiam sibi pepererit certum est, nec apud Byzantinos modo sed recentioribus saeculis. Anno MDCXXXV prodiit Blackwellii suo tempore non ignobilis liber: Inquiry into the life and writings of Homer. Hic licet legere, minime mirandum esse, quod caecus fuerit Homerus: nihil enim ad credendum facilius esse quam hominem assiduum et nocturna opera ad lucernam lucubrantem paulatim oculos perdidisse. Haec et talia per Woodium Wolfium expulsa putabamus; at ecce nuperrime exstitit quidam (verbi divini minister) q. Homerum nobis ostenderet cum caliendro. Tulit idem annus, quo docta mulier Homerum Schillerianis exuviis induit, librum sic inscriptum: Homers Ilias und Odyssee, als Volksgesäng die bei Entstehung der Griechischen Freistaten Fürsten und Völker unmerklich auf be Gedanken bringen sollten, dargestellt von Mag. Karl Gottfried Kelle, Pfarrer zu Grossweit sonst zu Grosswaltersdorf. Huic verbi divini ministro totum Homeri carmen pro concione est, qua concionator Homerus innumeris exemplis iterum iterumque inculcat, unam probitat valere, sed gloriam et laudes, honores et fortia facinora vana, fragilia, caduca esse. Exemp hoc esto. Ad tumulum Patrocli Aiax et Ulixes luctae certamen ineunt: diu aequa cont neuter neutri cedere: denique inter luctandum in terram prosternuntur. Haec apud Ho legentibus pulchra et iucunda, sed nec magnifica nec ad docendum ficta videntur. A denique perspexit quanta in hoc loco insit sapientia — quod non Latine dicam sed ne salutari quae nobis proponitur doctrinae detraham, ipsis auctoris verbis referam: „Auch durch die Erzählung, dass der grosse Telamonide und der kluge Odysseus im Ringespiele sich mit einander auf der Erde herumgewälzt und im Staube besudelt hätten, wollte er diesen beiden Helden nichts Rühmliches nachsagen. Er weist vielmehr gleichsam mit Fingern auf sie hin und spricht: Seht nur wie diese vornehmen Helden dort sich miteinander im Staube herumwälzen."

Edle Irrfahrten des Odysseus in 24 Gesängen. Freie Nachbildung in gereimten Strophen nach Homer. Von Hedwig Hölle geborne Reflexler. Ei sunt versi duo. Carmen tibi esto formula. Audiamus strophen primam aut nonagesimam: Homerum nos legere non Schillerum:

Edle hohe Streiter alle,
Die zu Grabes dunkler Halle
Nicht der Tod hinabgeschickt,
Die vor Troja nicht geblieben,
Waren schon mit ihren Lieben
In der Heimath hochbeglückt.
Nur Odysseus sehnt vergebens
Nach der Gattin sich zurück.

Haec de paraphrasibus et versionibus. Transeo ad indices sententias quas de ipso Homero eiusque carminum origine fecerint. Sed delibabo pauca. Valeant alia commentatiorum doctum Homerum poetam fabulae, qui plurimo labore et lucubrationibus omnium rerum humanarum et divinarum scientiam sibi paraverit certum est, nec apud Byzantinos modo sed recentioribus saeculis. Anno MDCCXXXV prodiit Blackwellii suo tempore non ignobilis liber: Enquiry into the life and writings of Homer. Hic liber legere, nonne mirandum esse, quod caecus fuerit Homerus: nihil enim ad excolendum facilius esse quam homines caelumque et nostras opera ad lucernam lucubrationi paulatim oculos perdidisse. Haec si tales per Scaligerum Wolfium expulsa putabamus; at ecce superiore exeunte saeculo (verbo divini ministeri) Homerum nobis ostenderet cum scalpello. Fuit idem annus, quo docta mulier Homerum Schillerianis exuvis induit, libello sic inscripto: Homers Ilias und Odyssee, als Volksgesänge die bei Entstehung der Griechischen Freistaaten Fürsten und Völker unmerklich auf be[stimmte] Gedanken bringen sollten, dargestellt von Mag. Karl Gottfried Lolly, Pfarrer zu Grossweil, sonst zu Grosswaltersdorf. Hic verbi divini minister totum Homeri carmen pro oratione est, qua concionator Homerus ingenio exemplis heroum feminarumque laudans, unam probitatem valere, sed gloriam et laudes, honores et fortis decorum esse, fragilia, caduca esse. Exemplo hoc esto. Ad tumulum Patrocli Aiax et Ulixes luctae certamen ineunt: diu neque contendere neuter neutri cedere: denique inter luctandum in terram prosternuntur. Haec apud Ilio legentibus pulchra et iucunda, sed nec magnifica nec ad docendum facta videntur. At denique paraphrasis annexa in hoc fere loco sapientis — quod non Latine dicam sed ne salutari quae nobis proponitur doctrinae detraham, ipsis auctoris verbis referam: „Auch durch die Erzählung, dass der grosse Telamonide und der kluge Odysseus im Ringspiele sich mit einander auf der Erde herumgewälzt und im Staube besudelt hätten, wollte er diesen beiden Helden nichts Rühmliches nachsagen. Er weist vielmehr gleichsam mit Fingern auf sie hin und spricht: Seht nur wie diese vornehmen Helden dort sich miteinander im Staube herumwälzen."

Sed de hoc satis. Non placuit vel hoc vel quid alii de Homero sensissent viro nobili Carolo Christiano de Leutsch, qui anno huius saeculi vigesimo octavo librum edidit: Anleitung zur Auslegung der Griechischen und Römischen Mythen. Docemur Homerum historiae veritatem involucris texisse, homines ab eo inductos fictos esse: sed docte et argute auctor extricat quid extra parietes agatur. Audite, auditores, quid pag. septima de Achille exploret: „Auch Achill löst sich bei genauerer Ansicht in eine durchaus mythische Person auf; denn sein Name und der des Achelous ist ganz dasselbe; Achelous ist aber das personificirte Wasser, uud was also Homer von Achill berichtet, ist eine Sage von dem, was vor uralter Zeit die Nil- oder Wasserhelden i. e. die Aegypter für Heldenthaten begangen haben.“ Bene factum, quod explicuit istos, qui nove ab eo Wasserhelden dicuntur, quos intelligi voluerit, ne mures et ranas cogitemus. — At idem liber alterum continet novum inventum. Saepe in Homericis carminibus fieri ut duo continui versus contrarium contineant. Pisistratum enim cum carmina Homeri colligeret, duas rhapsodorum fecisse partes vel duo hemichoria (ipse dicit Zwei Kommittées), alteros rebus Troianis faventes, alteros Graecis. Sic unam partem cecinisse aliquem versum in honorem Graecorum, quem altera pars exceperit, laudes Graecorum interiecto versiculo imminuens. Ad hanc rationem Odysseae exordium adornavit:

Griech. Singe mir, Muse, den Mann, der weit in der Welt herumgekommen,
Troj. Aber auch oft fehlgegangen ist.
Griech. Nachdem er die heilige Troja zerstört hatte.
Der viel Menschen und Städte sah,
Troj. Aber auch viel bittre Erfahrungen machte und viel Drangsale erduldete.
Griech. Aus diesen rettete er aber sich sowol als seine Genossen.
Sich wohl, aber nicht seine Gefährten, denn die rannten selbst in ihr Verderben.

Ad idem genus ludicrae eruditionis duo referendi libri, qui postremis annis haud paucorum ..n exercuerunt. Schubarthius in libro, quem inscripsit: Ideen über Homer und sein Zeitalter ..821) ostendere aggressus est, non Graecum fuisse Homerum sed Troianum; non Graecos ..ebrari in carminibus Homericis, sed Troianos: Trojanos ubique describi humanos, politos, ..lentes, contra Graecos rusticos, asperos, temerarios: et cum post Troiam captam Aeneadum ..n Troiae regnasse probabiliter doceri possit, Aeneae vero omnium honorificentissime et ..nde etiam apud Homerum mentio fiat, nihil verisimilius esse quam istum Homerum in ..Aeneadarum aula vixisse, cum praesertim in principum tutela et quasi luce poetae floreant laetissime: id quod in Goethio cernatur. Ipse Schubarthii liber cum indoctus sit et multis locis confusus et cupidius scriptus, vix doctiorum oculos in se convertisset: sed duobus annis post in Ephemeridibus Jenensibus (1823 N. 161 — 172) Schubarthianae sententiae praeco exstitit, qui ampla libri censura omnia extollere et firmare instituit et multo quidem doctius et argutius et ordinate et ad speciem quidem sobrie. Fuit censurae auctor, ut post compertum est, Reinhold Lange, qui postea scriptis quibusdam non male de Homero meruit. Hac censura factum est ut

aliquot annis etiam doctiorum quorundam oculi huc converterentur, maxime cum quaedam cum isto argumento coniuncta essent disceptatione digna, ut Trojanorum qui praedicabatur elegantior cultus et excitata de Aeneadum imperio Troiano paene intermortua memoria. Refutavit novam opinionem fuse prae aliis censor quidam in diario, quod inscribitur Hermes, 1821 St. IV p. 208—334 Nunc res ita fere evanuit ut ego haec in ludicris referens non verear, ne asperius dixisse videar. Quidni enim ludicrum sit, Graecos in eo carmine summas suarum virtutum laudes vidisse, quo carmine ipsorum virtus extenuetur? harum virtutum praeconio pueros suos instituisse, cives publicis et celebribus solennibus inflammasse, quae nullae inesse dicantur? summum suae humanitatis auctorem, egregium suae gentis decus eum existimasse, qui ex gente ipsis quidem inter barbaros relata et certe Graecorum stirpi infensa oriundus esset? —

Denique dicam de Constantio Coliade — *ἥπερ νεωτάτη ἐστὶν ἀοιδή.* Prodiit primum ibellus Anglice scriptus Londini 1829: Ulysses-Homer or a discovery of the true author of the Iliad and Odyssee by Constantin Koliades, Professor in the Jonian University. Profitetur in praefatione se rem suam latius tractaturum in ampliore libro mox prodituro. Et prodiit Parisiis eodem anno Gallice scriptus liber dimidio major cum viginti tabulis lapidi inscriptis: Ulysse-Homère ou du véritable auteur de l'Iliade et de l'Odyssée par Constantine Coliades, Professeur de l'Université Jonienne. Hoc auctore carminum, qui Homeri nomine feruntur, conditor nec est nec potest esse nisi ipse Ulixes. Scilicet iam multi mirati sunt quam accurate omnes et Troadis et Graeciae regiones depingantur, quam unaquaeque urbs, unusquisque mons et fluvius eo epith[illegible] ornetur, ut qui ista visunt nihil propius ad veritatem accedere posse affirment. Quae medius fidius illius temporis cantori, pauperi homini, poterat esse occasio, ut omne[illegible]m et parte[illegible] Asiae circumiret et lustraret? At Ulixes et intererat expeditioni Troja[illegible] agrum Trojanum: Ulixes legatus missus erat ab Agamemnone ut to[illegible] repetendam Helenam excitaret — inde omnis ei Graecia cognita. [illegible] Iliade describuntur tam prudenter institutae, acies tam egregie inst[illegible] cognoverit, in isto quidem agro haec omnia a prudentissimis rei be[illegible] potuisse confiteatur. Unde vero poetae haec rerum bellicarum pru[illegible] qui haec scripsit ipse dux fuerat imperator: ad quem igitur prompti[illegible] omnium qui illic affuerunt ducum et prudentissimum et eloquentiss[illegible] nomen: etenim *Ὅμηρος* est *ὁμοῦ ἥρως* i. e. poeta et simul dux. Deniqu[illegible] in Odyssea de Ulixis erroribus narrantur, quis poterat posteris tradere praeter Sciverunt quidem Phaeaces ex ipsius narratione: at Phaeacibus cum aliis populis ut [illegible] ipsa testantur nullum commercium. Sciverunt Ulixis socii: at hi ante reditum omnes pe[illegible] Penelopae vero et Telemacho tantummodo strictim res suas narrare poterat, quod statim in procis occidendis, dein in reprimendo tumultu, quem procorum necessarii moverunt, t[illegible] ordinanda turbata republica, denique in suscipiendo ad populos septentrionales itinere,

Tiresias vaticinatus erat, ita occupatus erat, ut accuratae errorum narrationi nec tempus nec otium esset. — Cuius hae ineptiae sint iam nunc in publicum emanavit. Auctor libri pseudonymi est Le Chevalier, qui Troiam vidit librumque scripsit de agro Trojano. Qui si hoc fecit, ut sponsioni satisfaceret, res ridicula est sed auctori venia danda: sin aliam ob causam, ridicula simul et inepta: quamquam hoc sive unum sive alterum statuis in homine bene sano aliquid mirationis habet, quod non uno libello defunctus est, sed duos libros, duas linguas, imagines et tabulas quasi totidem machinas admovit ad capiendam muscam; simulque vel librarios defraudavit vel suas bonas pecunias, quas potius ad Graecos transmitteret, in re inutili profudit. Sed haec hactenus. Concludam illo Schilleriano:

Wie doch ein einziger Reicher so viele Arme in Nahrung
Setzt: wenn die Könige bau'n, haben die Kärrner zu thun.

---

sc
ho
...uch
Griech. Aus diesen ret...
istori Sich wohl, aber n...
... Ad idem genus ludic...
...n exercuerunt. Schubar...
...821) ostendere aggressus
...ebrari in carminibus H...
...lentes, contra Graecos ...
...n Troiae regnasse pro...
...nde etiam apud ...
...eneadarum ...
...aetissi...
confus...
Ephem...
ampla
ordina
Lange...